

Cum Joannes Gichtel alumnus Collegii Germanici dioecesis Frisingensis turbulenter atque inobedienter se gerat, multa maledice disseminat, Collegii atque aliorum pacem turbet, et instiget ad resistendum Superioribus, eorumque ipse contemptum minacibus etiam verbis prae se ferat: atque ita malo sit omnibus exemplo, eosque à pietatis studio, et diligenti Collegii disciplinae observatione retrardet: cumque iuxta Bullam Constitutionum eiusdem Collegii, qui tales sunt, eo eo tanquam pestis extrudi debeant, Nos infrascripti à S/mo D.N. Paulo V^o dicti Collegii Protectores deputati decrevimus, ut dictus Joannes Gichtel infra tres dies à die XXI^a Aprilis praesentis numerando ex eodem Collegio atque ex Urbe discedat. Ideoque eiusdem Collegii Rectori iniungimus ut hoc nostrum Decretum executioni omnino mandet: atque in libris Collegii describendum et asservandum curet. Datum Romae, die XXI. Aprilis 1609.

Oct/us Car/lis Paravicimus Protector.

Rob. Card/lis Bellarminus Protector.

Scipio Card/lis Burghesius Protector.

Rome, Coll. German. Archiv. Romae n. LV fol. 199. Original. Signat. autog.

4e page (à la main): Decretum Cardinalium Protectorum de dimittendo P. Joanne Gichtel quod fuit publicatum a Secret/° Car/lis Paravicini ad alumnos et executum 23. aprilis 1609.